

1182 et consecrationes basilicarum sine prejudicio tamen
diocesani episcopi. Et quamvis legatione fungeretur
apostolica,¹ nullum tamen ex hoc commodum sibi
vel incommodum queritabat, utpote homo gravis
et quietis appetens. Sic extra possessionem sui epis-
copatus multo tempore et ut reor fere XV annis
degit,² donec isto primum anno vocatione impera-
toris curias eius tertia vice visitavit et tandem
episcopatum recepit, in quo usque ad finem
dierum suorum feliciter permansit. Ad dominum

Qui - Moravia non Conradus frater palatini, (qui palatinus socer
erat. habet enim erat Conradi de Moravia) qui catenus in pos-
Rome P sitione fuerat predicti episcopatus,³ iubente impera-
tore legitimo possessori cessit promisso sibi
alio episcopatu, qui primitus vacaret.⁴

Abbas, am 1183 Anno dominice incarnationis M^o C^o LXXXIII^o Christianus
Rome a P (Aug. 25) archiepiscopus Moguntinus moritur in transalpinis
partibus, preliator sicut dicunt opinatissimus, qui
vicem gesserat plenam imperatoris sive in expedi-
tionibus sive in omnibus regni negociis, cui suc-
cessit (Conradus), qui preterito anno sicut dictum
est de Salzburger archiepiscopatu, quem tenebat,
iubente imperatore legitimo possessori, domino

1) Mit dem erzpriestlichen Brief von Salzberg war der Titel
nicht apostolischen Legaten Handig verbunden. Vgl. Synodus
I, 610 f.

2) Januar 15. Josa, da er 1169 starb und 1184 wieder
ernannt wurde.

3) Im Jahre 1181 wurde von Mainz der Salzburger Erzbischof
Konrad Adalbert ernannt.

4) Konrad von Biffelbach war der Salzburger Erzbischof und
als sein Bischof der Salzburger Erzbischof wurde. Er
erhielt eine neue als Salz. von Mainz als Adalbert als Bischof
von Salzberg.